


MISERERE MEI, DEUS

(PSALMUS 50)



2. Et *secūndum* multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.
3. *Āmplius* lava me ab iniquitate mea, * et a peccato meo munda me.
4. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, * et peccatum meum contra me est semper.
5. Tibi, tibi soli peccavi, * et malum coram te feci,
6. Ut iustus inveniāris in sententia tua * et æquus in iudicio tuo.
7. Ecce enim in iniquitate generatus sum, * et in peccato concepit me mater mea.
8. Ecce enim veritatem in corde dilexisti, * et in occulto sapientiam manifestasti mihi.
9. Asperges me hyssopo, et mundabor; * lavabis me, et super nivem dealabor.
10. Audire me facies gaudium et lætitiā, * et exsultabunt ossa quæ humiliasti.
11. Averte faciem tuam a peccatis meis, * et omnes iniquitates meas dele.
12. Cor mundum crea in me, Deus, * et spiritum firmum innova in visceribus meis.
13. Ne proicias me a facie tua, * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
14. Redde mihi lætitiā salutāris tui, * et spiritu promptissimo confirma me.
15. Docēbo iniquos vias tuas, * et impii ad te convertentur.
16. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ, * et exsultabit lingua mea iustitiam tuam.
17. Dómine, lābia mea apéries, * et os meum annuntiābit laudem tuam.
18. Non enim sacrificio delectāris, * holocaustum, si offeram, non placebit.
19. Sacrificium Deo spiritus contritū, * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.
20. Benigne fac, Dómine, in bona voluntate tua Sion, * ut ædificentur muri Ierúsalem.
21. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes et holocausta; * tunc imponent super altāre tuum vitulos.



nunc et sem-per, * e u o u a e.